







L 
 Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apóstoli ad Corínthi-os.


F 
 RATres: Fidúci-am ta-lem habémus per Christum ad De-um: non



 quod suffi-ci-éntes simus cogi-táre á-liquid a nobis, quasi ex nobis: sed



 suffi-ci-énti-a nostra ex De-o est: qui et idóne-os nos fecit minístros


 novi testaménti: non líttera, sed spí-ritu: líttera enim occídit, spí-ritus



 autem viví-figat. Quod si ministrá-ti-o mortis, lítteris deformáta in la-


 pídibus, fu-it in glóri-a; i-ta ut non possent inténdere fí-li-i Isra-ël in


 fáci-em Mó-ysi, propter glóri-am vultus ejus, quæ evacu-á-tur: quómo-do


 non magis ministrá-ti-o Spí-ritus erit in glóri-a? Nam si ministrá-ti-o


 damna-ti-ónis glóri-a est: multo magis abúndat ministéri-um justí-ti-æ


 in glóri-a.